



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Viæ bonæ.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

458      *Pars secunda de elevatione  
deleri possit.* Sermo ergo est de pénitentia  
operibus, quæ ob delicta olim imponebantur.  
Porro alia Indulgentia vocatur *realis*, alia *loca-  
lis*, alia *personalis*, prout nempè vel certis re-  
bus uti numismatis, vel locis uti templis, vel  
personis conceduntur. Meus finis hic tantum  
fuit brevem de Indulgentiis inserere explicatio-  
nem, & hoc, quod controversum est, contra  
Sectarios stabilire. Hinc ulteriores in hac ma-  
teria quæstiones petendæ sunt ex Autoribus.  
Jam redeamus ad elevationes mentis nostræ in  
Deum.

*Præter hancen allata, quæ occurunt circa ita-  
nimata, sive in itinere sis, sive per campos & sy-  
vas ambules, ipsæ etiam viæ varia occuren-  
tes salubria possunt documenta, & ascen-  
siones ad Deum inspirare.*

*Via bona.*

**E**go sum via, veritas & vita. Joan. 14. Do-  
minus proteget gradientes simpliciter, ser-  
vans semitas iustitiae & vias Sanctorum custodiens.  
Consilium custodiet te, & prudentia servabit te,  
ut evanaris à via mala. Prov. 2. tam in sensu lit-  
terali quam morali. Utinam dirigantur via mea  
ad custodiendas justifications tuas. Ps. 118. Can-  
tabiles mihi erant justifications tua in loco peregrina-  
tionis mea. Ibid. Sic pio cantu etiam molestæ  
itinoris mitigari possunt. Maximè dum cogi-  
tas, quod via peregrinationis tuæ ad patriam  
cale-

cælestem sit præsens vita, & observatio mandatorum Dei tibi esse debeat suavis instar cantilene. Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea. Ps. 16. Hoc non tantum in sensu litterali, sed & morali accipe. Legem pone mihi Domine in via tua, & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos. Ps. 22. Mundum, carnem, Dæmonem animæ mæcæ insidiantem. Beati immaculati in via ( in statu viatorum ) qui ambulant in lege Domini. Ps. 118. Ducam te per semitas equitatis, quas, cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens, non habebis offendiculum. Prov. 4. Semita hæ sunt consilia Evangelica. Gressus sunt inclinaciones animæ, quæ per gratiam Dei dilatatae incitant ad currendum ita in via perfectionis, ut inordinati motus supprimantur, nec ad eos offendas. Angelis suis Deus mandavit de te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Matth. 7. Quam multa puer juvenis vir senex habuisses quoad corpus & animam infortunia! nisi tuus Angelus Custos id præcavisset. Non declines ad dextram [ ob inordinatum affectum erga hoc illud ] neque ad sinistram [ ob aversionem erga hoc illud ] sed per viam, quam præcepit Dominus Deus vester, ambulabis, ut vivatis, & bene fit vobis. Deut. 2.

## Via male.

RElinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroosas. Quorum viæ perversæ sunt, &  
V 2                    infa-